

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Thesaurus armorum spiritualium ultimo mortis conflictui
comparatus et collectus - Cod. Donaueschingen 352**

Villingen, Benediktinerkloster St. Georgen im Schwarzwald, 1733

Supplicationes (ad deum, ad Iesum, ad Mariam, ad angelos, ad omnes
sanctos)

[urn:nbn:de:bsz:31-93309](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-93309)

Supplicatio ad Deum Patrem. 145.

O Pater Misericordiarum,
 et Deus totius Consolationis!
 indignus quidem ego sum isto
 Te nomine appellare, qui Misericordiam non merui, sed Injustitiam; non consolationem, sed castigationem; dignus tamen es, isto à Me nomine honorari; at, quæ tua Misericordia, si mea desit miseria? quomodo tu Consolator, si ego non sim afflictus?

Eia ergò mi Pater! miseria mea est, quæ Te facit Misericordiarum

196.
 misericordem; afflictio mea te
 consolatorem: Agnosco me mise=
 rum; Ostende te misericordem.
 Afflictum me fateor. Consola=
 torem te testare. Ego quidem
 ut miser sim, à me habeo; ut
 sim afflictus, mihi met imputo;
 tu vero, ut miserearis, ut con=
 soleris, non mea te miseria,
 aut afflictio, sed tua te mo=
 vet miseratio, et dignatio.

Misereere ergo mei, tum,
 quando in me cum morte,
 miseria simul omnes incumbunt;
 ac tum solare, cum desolatio
 me suprema occupabit.

Quò in Agone ostende te Patrem,
 et Succurre filio.

147.

Supplicatio ad Filium Dei Unigenitum

O Jesu Misericordissime! quia
 Filius Patris Misericordiarum;
 qui, ut misereri posses promptius,
 miser factus es; miseriarumque nostras,
 nascendo suscepisti, vivendo exper-
 tus es, moriendo expiasti.

Ego te post Patrem, miseria-
 rum omnium plenissimum, humiliter
 appello, et demisse supplico,
 per omnes tuas pro me toleratas
 miserias, et usurpatas in me misera-
 tiones: ut miserias omnes, pecca-
 torum meorum iustissimum debitum
 admittas in miserationum tuarum
 sanctissimum commercium:

Faciaturque, quod in poenam irrogas

148.

in meritum transire, et ad
 premium computari:

Mortem vero, miseriarum
 mearum in vita presente ulti-
 mam, quam obire communis
 iubet necessitas, obire feliciter
 tua praestet benignitas; eamque
 mihi esse miseriarum omnium
 terminum, et bonorum omnium
 principium:

Idque, ut sperem, facit infini-
 nitum, per quod spero, Mortis
 tuae pretium, quod uti mortem
 sempiternam sustulit, ita
 vitam aeternam conferat.

Ad eundem Crucifixum.

O Jesu Crucifixe! quam
 sublimis in Sinu Patris, tam

humilis in
 brachis
 Quam
 abiectus in
 Quam
 me miser.
 Quam
 mento
 in lacerna
 Credo te
 et homin
 sub spina
 eruentum.
 spero in t
 per Deitat
 tum per
 Et spero
 sanguinis t
 Amo te

humilis in brachijs Matris,^{149.}
brachijs Crucis, Matris Synagoga.

Etiam gloriosus in coelis, tam
abiectus in terris.

Etiam à te beatus, tam à
me miser.

Etiam splendidus in paluda-
mento Maiestatis tuae, tam sordidus
in lacerna vilitatis nostrae.

Credo te Deum in Humanitate
et Hominem in Deitate, etiam
sub spinis saucium, à vulneribus
eruentum.

Spero in te, supra me exaltatum
per Deitatem, ad me usq; exinanitum
per Humanitatem.

Et spero à te, quidquid pretio
Sanguinis tui comparasti pro me
Imo te amabilem mihi, quia

ansire, et ad
tari:
miseriarum
a presente vlti
re communi
obire felici loco
mignitas; eamq;
idrum omnium
banorum omni
facit in
ad spero, Morti
quæ uti mortem
suffulit, ita
caderat.
Cruifixum.
fixe! quam
Catholici fano

150.

Creatione imago tua sum: amabiliorem, quia dignatione imago mea es.

Rogo te in ista fide, per sem illam ex eo Amore, adde istud tuis in me beneficijs:

Ut, quem in Communione Calicis tui, in Crucis tua consortium, in dolorum ^{in partem} iubes venire, donec etiam venire in partem, et Societatem Meritorum; per eaqz ita me pati, ut non succumbam, ita me sequi, ut non deficiam, ita certare, ut non cadam, ita vivere, ut mori non timeam, ita deniqz mori, ut mors mea sit initium vite illius, in qua aeternos Crucis fructus, tecum beatè degustem.

et laudes
aeternum
Supplicat

O Jan
tis Princ

in quo

ad quem

amare p

Ad te

latione

advolvor

quod me

num ta

Solationem

Et per

habes ch

miserijs

et laudes tuas, cum ^{isti.} Beatis omnibus
aeternum decantem.

Supplicatio ad Spiritum Sanctum.

O Sancte Spiritus! O Bonita-
tis Principium! O Deus Amoris!
in quo Spiro, per quem Spero,
ad quem Suspiro, cuius est
amare proprium, et consolari.

Ad te, amore, licet, et conso-
latione aequè indignus, supplex
advolvor, nihil quidem afferens
quod mereatur Amorem, pluri-
mum tamen, quod desideret con-
solationem.

Et per Amorem tuum, quò nihil
habes charius, obtestor, ut et tu
miserijs meis Succurras.

112.
 Illis, quas et alienum primum
 parentis vitium intulit, et pro-
 prium deinde adauxit.

Atque inprimis sordes animae
 meae, amoris tui obstacula,
 fonte Gratia tua abluas:

Mentis meae Caecitatem, et
 Ignorantiam Lumine fidei, et
 Sapientia dispellas.

Cordis mei teporem igne amoris
 tui inflammes:

Ariditatem Spiritus mei, vigore
 virtutis tuae foecundes:

Quod quidem, cum à te obli-
 uero, et Consolatorem laudabo,
 et Amatores sperabo:

Qualem te utrum habeam;

quando
 luctantur
 quanto te
 Ut v
 te ex co
 desidero.
 Supplicat
 O A
 quot ego
 tanto mi
 quanto pr
 mea et
 Sed Grati
 stituta
 ex utero
 Corde Si
 quidem a

153.

quando cum Mortis necessitate
 luctandum; tantò confido certius,
 quanto te amavero Sinceriùs;

Ut verò etiam Confidam, amo
 te ex Corde, et amare te aternùs
 desidero.

Supplicatio ad Virginem Matrem.

O Maria! mea tot titulis Mater,
 quot ego tibi obligor beneficiùs;
 tanto mihi benevolentior affectu,
 quanto propinquior partu; Mater
 mea est non Conditione Natura
 sed Gratia Dure, sub Cruce con-
 stituta; quando me genuisti non
 ex Utero Naturalem, sed ex
 Corde Filium Spiritualem; non
 quidem doloribus parturientis,

154.
certè tamen doloribus morientis;
non tui, sed in te morientis Filij
tui unice dilecti:

Ece! iam Mater mea, venit
ad te filius tuus, Primogenito
tuo longè dissimilis, et inter
adoptivos tuos infimus. Filius
tamen tuus, ad te Matrem suam,
et supplicat pro Salute sua,
Sanguine Filij tui partâ, Lachri-
mis tuis impetratâ, Patrocinio
tuò obtinenda.

Monstra ergò te Matrem,
et respice Filium:

Quò nomine, si ille indignus
est, tu certè maternò dignissima:

Respice, ut succurras; recipe,
ut salves; succurras auxiliò,
salves Patrocinio.

Respice
Recipe
Et si qu
dissimilis
placiam
ciliato
Quod
et obtin
tibi cha
cissimum
Suppli

O Ciste
moment
mea m
me!
tuam i
tuam i

155.

Respice, et non despiciet Filius;
 Recipe, et non seducet inimicus.
 Et si quid in me offenderis, unde
 displiceam; in te reperis, unde
 placeam; per te scilicet recon-
 ciliato Filio.

Quod, ut à te impetrem vivus
 et obtineam mortuus, per illud
 tibi charissimum, et mihi dul-
 cissimum Nomen Matris supplico.

Supplicatio ad Angelum
Custodem.

O Custos Angele, à primo vite
 momento mihi fidelissime, Salutis
 meae nunquam non studiosissi-
 me! Agnosco benevolentiam
 tuam in Officio, Liberalitatem
 tuam in beneficio. Humili-

156.
 tatem in Obsequio. Coepisti
 mihi bene velle, cum coepi
 vivere; benefacere, cum coepi
 mala pati (i. pateris enim, et
 mala pateris;) cum me sustines
 malum, quem cuperes bonum;
 Per istum tuum tam constan-
 tem in me animum, cui toties
 vitam, incolumitatem, et
 salutem debeo. Quoties ea
 non perdidisti peccando, aut tu
 perniciem meam avertisti
 deprecando? Per illum inquam
 tuum in me affectum rogo:
 Dirige porrò vitæ meæ cursum,
 ut à salutis, virtutis, et
 perfectionis tramite, nec emolli-
 tus Carnis illecebris, nec inescatus

Anndi
 Diaboli
 Sed ad m
 Aternitat
 Quam
 spero cora
 pluribus
 noxia:
 Lur,
 evadam,
 Suggere, e
 fate porri
 Supplicat
 O San
 meâ Patr
 Omnium
 ratione

157.

Mundi pompis, nec captus
 Diaboli insidijs, unquam deflectat,
 Sed ad metam usq; unde incipit
 Aternitas, decurrat:

Quam, tanto amplius tibi
 Spero cordi futuram; quanto
 pluribus illa periculis est ob=
 noxia:

Tua, ut in vita, et morte
 evadam, tu Consilium tempori
 Suggere, et manum in necessi=
 tate porrige.

Supplicatio ad S. Patronos

O Sancti, Vita, Salutisq;
 mea Patroni. N. N. communi
 omnium, et meâ inprimis Vene=
 ratione Dignissimi! vos ego

158.

Amoris ductu singulari, præcipue
 Colendos, et invocandos mihi Delegi,
 vobisq; me ac mea, Spei vestre
 mixta fiducia, commisi.

Agnosco vestros in me favores,
 et meam erga vos ingratitudine,
 qui tot vestris occupatus beneficiis,
 non respondi obsequijs; toties
 sensi in necessitatibus Amoris
 vestri opem, et non retuli ho-
 noris mei vicem.

Agnosco intercessionis Vestrae
 patrocinium, et obligationis
 meae vinculum, istud, ut
 deinceps mihi à vobis secure
 sollicear, hanc explere sedulo
 conabor;
 Et vestras ubiq; laudes diffundere,

Cultum
 Exemplum
 Quod
 faciet
 meam
 vestro tra
 Commenda
 et sub
 Vos o
 iam salu
 solliciti:
 nos elegi
 experiar:
 hunc
 memor
 Actus
 Omni
 Summe

159.

Cultum Vestrum propagare,
 Exemplum Denique vestrum sectari:
 Quod, ut praestem, Vestra iterum
 faciet benevolentia, cui et vitam
 meam Universaliter offero, ductu
 vestro transigendam, et mortem
 commendo, vestro in conspectu,
 et sub Tutela vestra obeundam.

Vos o Sancti N. N. de vestra
 iam Salute securi, de me efferte
 solliciti: Et quod in vita Patro-
 nos elegi, in morte patrocinantibus
 experiaro: victurus deinceps vo-
 bis cum beatè, Patrociniij Vestri
 memoro aeternum.

Actus Protestationis Contra
Omnes inimici insidias.

Summe Deus, quem immensum